



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

12. De Paschate.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

12. De Paschate.

Dies Paschatis vocatur ab antiquis *nobilitas anni, mensis decius, alma dierum, splendor horarum*. In hebræo est *transitus*, in græco *passio*, & rectè, quia per passionem Christi & nos cum ipso transivimus de morte ad vitam. *Sequentia*, quæ est in Missa, autorem habet hactenus incognitum. *Graduale* [quod & *canticum laborantium* appellatur] adhuc dicitur propter recens baptizatos, qui cum labore gradiuntur ad gloriam, quam Resurrectio Christi promittit. Additur Alleluja duplex ob spem, quòd stolâ gloriæ induendi sint, & quoad animam & quoad corpus. Pascha etiam *Sabbatum in albis* olim vocabatur, quia Angeli testantes resurrexissent Christum ex sepulchro induerant stolâ candidâ. Et hinc etiam alba sunt indumenta Sacerdotum.

13. De Litaniis minoribus, cereo Paschali, qui die Ascensionis extinguuntur.

Litaniæ minores sive rogationes, quæ fiunt triduo ante ascensionem vel institutæ vel saltem restauratæ sunt à Mamerto Viennensi Episcopo ob incursionem luporum in galliam. Minores vocantur, quòd à minore Episcopo & loco respectu S. Greg. Papæ & urbis Romæ institutæ sint. In Ascensione Domini extinguuntur cereus Paschalis post lectum Evang. ad repræsentandum Christi discessum ab Apostolis in cælos.